




*Liber rarus.*



1. In  
2. S  
3. L  
4. R  
5. L  
6. B  
7. D

B. C. D.

# OMINA BRUTA.

SEU

## RELATIO CURIOSA

PHYSICO-THEOLOGICA

I. DE SCRIPTURA IN FENESTRIS  
DIOCESEOS INSTIRBURGENSIS  
INVENTA.

II. DE LAPIDE IN PRÆDIO PER-  
ILLISTRIS COMITIS DE DENHOF,  
Friedrichstein reperto cum Signatura  
O. C. D.

III. DE FUNGO MUNDUM MULIE-  
BREM, QUO CAPUT ORNANT  
EXHIBENTE.

IV. DE SEGMENTO ELECTRI,  
FIGURAM VIRI GRANDÆVI  
REPRÆSENTANTE.

Quâ

In signaturarum Originem  
Causasque inquiritur & vana  
diluuntur Omina.

SOCIETATIS SCIENTIARUM

Membri. e. D. Möller, Thol. Reform.

Anno M. DCC IV.

PER ILLUSTRI AC GENEROSO  
DOMINO  
DOMINO  
OTTHONI MAGNO  
COMITI  
DE DENHOF,  
FORTALITII MEMELENSIS  
GUBERNATORI  
ET  
CHILIARCHÆ

DOMINO SUO CLEMENTISSIMO

Relationes has  
D.D.D.

C. M.

# OMNIA CUM DEO

OTHONI COMITI DENHO-  
FIANO,  
OPTIMO CHILIARCHÆ DUCIQUE,  
ORIANTUR COELITUS DONA.  
ORBIS COELIQUE DOMINUS  
OMNES CALAMITATES DECLINET.  
OMNIA CONGRUA DET.  
OMNIPRÆSENS CUSTOS DEUS,  
OBEDIENTIS CUSTODIAT DOMUM.  
OECONOMIÆ CARITAS DESIT.  
OLESCANT CAMPI DIVITIIS,  
OMNIGENA- CONGERIE DESIDERABI-  
QUE LIUM.  
OBVIAS CRUCES DEMAT.  
ONERA CURÆQUE DIFFUGIANT.  
OCULIS CERNAT DELICIAS.  
OMNIPOTENS COMPENSET DAMNA.  
OPIBUS CRESCANT DITIONFS.

A 2

OTHO

**OTHO**      **COGNO-** **DENHOF,**  
**OPTABILIS**      **MINE**  
**ORIGINIS**      **CANDIDUSQUE DUCTOR,**  
**OVANS**      **CLARITATE**      **DECORUS,**  
**ORNABIT**      **CONNUBIO**      **DULCI,**  
**OCCUPABIT**      **CURRICULUM**      **DIERUM,**  
**ORACULA**      **CASTRA**      **DEXTRA.**  
**ORE**      **CASTA**      **DIVA**  
**OPERA**      **CORDEQUE**      **DEFENDET.**  
**ORATIO**      **CUNCTA**      **DITABIT**  
**OCCUMBET**      **CUM**      **DILIGENTIA.**  
**OLIM**      **CANESCENTE**      **DIE.**  
**OMEN**      **COELUM**      **DABITUR.**  
**CEDRO**      **DIGNUM.**

—  
— (o) —  
—

**PRO-**

# PROLOGUS.

Cum primum Autor animum ad scribendum appulit, id sibi negoti credidit solum dari, Eruditis ut placerent Omina, quæ recensere decreverat, bruta. Rem ipsam ita aperte modo locuturus: nihil circuitione afficta usurus, nil loci facilioris plebeculæ nugis daturus, nil minus passurus, quam in hac re bene Sanos deludier. Paucis Te volt LECTOR BENEVOLE. Tibi scripsit & sibi. Tu, si eus aliquid esse putas labores, ut quid ad rem dictum sit, bene judices: ipse ut animum curis tædiisq; obrutum a seriis majoribusq; negotiis avocaret, paululum & minoris indaginis res tractando, honesto mentem recrearet otio. Ciceroni, si nemo vitio vertit unquam sanus, quod rus eundo & ad littus obambulando, lapillos quæsiverit doctum silecnum, vel conchas collegerit, quarum contemplatione jucundis coloribus animo daret oblectamentum: nec ipsi, non nisi male sanus, invidebit, quod lapides moveat obvios: quod fungos ludentis naturæ miretur: quod venales vulgi nugas ad sanioris mentis Cynosuram examinet,

A3

minet,

minet, ut Deo gloria, veritatis, bonos sarta teatag,  
 maneant. Non equidem vegrandia meditatur volu-  
 mina, sed paucis Tuum compellat judicium pagellis;  
 auscultat hæc & quid ipse Te velit, & Tu quod qua-  
 ris, scies. Si quis operam abutitur suam, & fabulas  
 ruri natas, in caula non in aula, dixerit, is habebit  
 eum sibi non contrarium. Diversi argumenti recen-  
 seri Omina, si quis judicaverit, quo<sup>rum</sup> animum ad-  
 vortat, nec ita dissimilia deprehendet facile. Alii,  
 si vituperent factum, atque in eo disputent, contami-  
 nari floccipendio non decere omina, facient ne! in-  
 telligendo, ut nihil intelligent: Ipse naturæ emulari  
 exoptat negligentiam, quam credulorum nimium  
 obscuram diligentiam. Quiescant igitur, & non  
 male dicant, ne male facta noscant sua. Arbitrium  
 Tuum, Tua existimatio valebit L.B. si quisquam est,  
 qui placere se studeat bonis quam plurimis, & mini-  
 me multos laderet, in his Autor nomen profitetur  
 suum. Si igitur istuc animum induxti, esse hos la-  
 bores utiles non volt Tibi ullum commodum in se  
 claudier: sed causas rerum ubi ubi fuerint solidas de-  
 promptas Tibi curabit. Desinit, ne quid tuum remo-  
 retur desiderium. Ipse se Tua commendat & com-  
 mittit fidei: Te sibi faventem cupit: face equani-  
 mitas Tua, Autoris ad scribendum plura & rariora,  
 augeat industriam. Mundus antiquum obtineat.  
 Tu vale ac plande.

§. I.

*Mundus regitur opinionibus.*

§. I.

**M**undum regi opinionibus & natura φαινομένοις in varias rapi conjecturas, avita testatur experientia. Sunt hæc rudera affectatae olim divinitatis mortalium pectoribus tam altè recondita, & perennis futura noscendi libido in dies loquitur, quod contenti præsentibus minus animi, nescio quæ fata & futurorum rerum præsagia sibi fingant aliisque imponant. Religio superstitioni juncta fatali connubio cœlos terrasque contemplatur, imò ne faxa quidem immota linquit & foetum concipit paritq; monstrosum, qui vatem agat prætextu gloriae DEI, futura annunciet credulæ plebi terrorem incutiat panicum, in sinu ridentem, quod tantos animorum motus ciere valeat, fabulis nudius tertius demum natis citoque iterum interituris.

*Summa dicendorum.*

§. II.

**H**Ac vice in apricum protrahere lubet Scripturam in fenestris Insterburgensis in ventam feralem, si Diis placet: quæ multorum pectora ita fascinaverat, ut credula hominum turba ad eam, tanquam ad aras, conflueret & varia in secutura mala ominaretur; ipsis Pastoribus

8  
bus nonnullis in locis Zelo præpostero piaque  
fraude huic foetui obstetricantibus, poëtis canti-  
lenas in foro canendas divulgantibus, virisque  
non infimæ sortis metum alentibus. Quâ occa-  
sione affinia quædam ex musæo proferre placet,  
quibus Scripturæ illius incunabula explicata iri  
credimus; quid veri subsit, quidque falsi supersti-  
tiosum vulgus eliciat, examinabimus. An par-  
turiant montes, anve fatale quid subsit, ad Cy-  
noscituram sanæ rationis & Scripturæ sacræ, tan-  
quam ad lydium lapidem probabimus, & quic-  
quid in contrarium a fautoribus ominum pro-  
ferri possit, considerabimus.

Copie eines Schreibens aus dem Preußisch-Lit-  
tauischen Amt Insterburg an (Tit.)  
Herrn Professor Zegen.

§. III.

**H**istoriam facti audiamus ex relatione Inster-  
burgo transmissa. Insterburg den 10. Maj.  
Anno 1704. Man findet an sehr vielen Orten  
und in unterschiedenen Dörffern dieses Ambs  
sehr viele Schriften an den Fenstern / darun-  
ter Hebräische und gar fremde Buchstaben /  
die kein Mensch kennet / ja die Priester selbsten  
nicht. Und ob ich zwar nicht abergläubisch  
bin / und es lange nicht glauben wollen / hab  
ich

9

ich es doch nun an unterschiedenen Orten/ auch  
ben mir gesehen. Es ist die Schrift derges-  
talt im Glase beschaffen/ als wenn man et-  
was auf einen Kürbis schreibt/ und es her-  
nach recht leslich heraus wächst/ so tieff ists  
in das Glas gegraben/ und dabey ganz erha-  
ben. An einigen Orten sol es ganz schwartz/  
an andern blutroht angeschrieben seyn/ was  
hey mir ist/ insonderheit auf des Studenten  
Stube/ hat eine lange Figur, darinnen ist eine  
saubere Schrift/ die ich nicht beschreiben kan;  
einige Hebräische Buchstaben sind zwar dar-  
unter/ aber die andern/ so dabey stehen/ ver-  
dunckeln es ganz und gar/ daß es kein Mensch  
lesen kan. An einem andern Fenster ist fol-  
gende Figur V aber sehr groß / die ist voll ge-  
schrieben mit unbekandten Buchstaben/ die  
ganz blanck sind wie Silber. Es ist fast wie  
ein Wapen/ daß die Herren von Adel an ihren  
Carosßen zu haben pflegen. Man kan die  
Schrift weder abwaschen noch mit einem  
Messer abkratzen. Es hats Herr Pfarr Ad-  
junctus von Kattenau/ da ihm die Bauren aus  
selbigem Dorff solches hinterbracht/ nicht glau-  
ben wollen/ sondern ist selber hingangen zu  
besehen/ ob er die Schrift lesen könnte/ und da  
er zurück kam/ hat er an seinem eigenen Fen-  
ster

ster dergleichen geschrieben gefunden. Diese Schrift ist nicht in einem / sondern wohl 20. Dörfern zu sehen. Der grosse Gott wende alles Unheyl von uns in Gnaden ab.

*Varia Scripturæ genera.*

§. IV.

**S**umma relationis hoc redit: Inventas esse in fenestris per intervalla pagorum & ædium genus aliquod Scripturæ, literas, partim hebraicas, partim incognitas exhibens, colore jam nigro, jam rubro tinctas, ferales aliquid indicantes. Recensione aliarum relationum lectorum non aggravabimus: hoc saltem addidisse sufficiat, repertas quoque esse ejusmodi literas in plurimis fenestris Regiomontanis, colore jam albo, jam rubicundo, jam nigro, figurisque varijs armamentorum bellicorum, tormenta, gladios, hastas, bombardas, item virgas, coronas &c, referentes. Allatus est ad me Rhombus, in quo lineæ per integrum tractum apparebant distinctissimæ, literarum ductibus in altum productis, jam connexis, jam inconnexis more Arabum, imo vocalibus punctis & reliquis notis diacriticis distinctis, eleganti linearum subordinatione. Dantur vitra, in quibus, ut ex oculari inspectione patet, Hebraicas, Chaldaicas, Latinas literas quam accuratissime

tissime efformatas videre licet, ut mirum non sit rerum ignaros istiusmodi Signaturis in admirationem rapi potuisse.

*An aliquid vel nihil prænunciet Signatura?*

§. V.

**O**peræ igitur pretium erit in istiusmodi Signaturæ causas inquirere. Quæritur, *an talis Signatura causas habeat supernaturales, & aliquid prænunciet, seu ferale sit omen secutarum plagarum, ut: Belli, famis, morborum pestilentialium. An vero talis Scriptura ex causis naturalibus sit derivanda? Prius negatur, & posterius affirmatur; quod in sequentibus erit demonstrandum.*

*Significatio vocum, ominis, prognostici &c.*

§. VI.

**A**mplissima quidem digrediendi pateret occasio, si, cum indefessis Terminologiæ Culitoribus in arenam descendere animus esset, anxie inquirendo in acceptiones vocum, *an Signum, Præsagium, Prognosticon, Omen vel Divinatio* tale quid, & quo sensu sit dicendum? Peculiarem cuiusvis vocis definitionem omittimus, ne censuram notatu dignissimam subeamus Magni Cartesii Philosophorum facile Principis, qui nominum per se satis notorum expositionem detinet, sic ait princ. Phil. pag. I. n. X. p. 3. *Sæpe ad-vertit*

verti Philosophos in hoc errare, quod ea, quæ simplissima erant ac per se nota, logicis definitionibus explicare conarentur, ita enim ipsa obscuriora reddebant. Interim tamen, ad statum Controversiæ eò clarius intelligendum breviter differentias vocum indicasse sufficiat. *Signum*, inquit Augustinus lib. I. de Doctrina Christiana cap. 5. est illud quod per sensus cognitum, facit nos incognitionem alterius venire. Signum apud Metaphysicos aliud est *Naturale*, quod ex sua natura aliquid significat: sic fumus est signum ignis; aliud *Artificiale*, quod ex instituto ad placitum hominum ex libera compositione aliquid significat: sic hedera suspensa signum est vini vendibilis. *Rememoratum*, quod in memoriam dicit rem præteritam, ut, crux mortem Christi. *Prognosticon* divinum dicitur, quod ex instituto divino aliquid significat, sic iris signum erat non amplius aquâ interituri mundi; Genes. 9. v. 13. Et gradus umbræ retrogradae in Ahasi Solario signum erat diuturnioris vita. 2. Reg. 20. v. 9. 10. II. *Præsagii* vocabulum ut plurimum usu venit, quando animus nobis aliquid prædicere videtur, Germanicè *Andungen*; hinc Cic lib. I. de divinat: *præsagiebat* animus frustra me ire, cum exibam domo; componitur ex *præ & sagire*, quod aliquid acutè sentire notat: propterea *Sagæ* dicuntur *Veneficæ*, quæ multa scire volunt, & canes

*saga-*

sagaces Spürhunde. ~~κατεχόντως~~ usurpatur non-nunquam de animantibus brutis. quæ certis signis aeris secuturam tempestatem indicant; sic per-antiqvum satis imminentis pluviæ signum habe-tur, quando juxta Virg. l. I. Georg. p.377.

--- arguta lacus circumvolitavit hirundo *Prognosticum* maximè denotat indicia, ex quibus Astrologi futuras Anni tempestates prædicere satagunt; vel quando Medici ex certis morbo-rum criteriis ægrotorum vel restitutionem vel mortem colligere conantur. *Omen* quasi *Ore-men* est *futuri pronunciatio* ori *incidens*. Cic. lib. I. de divinat. ; Nonnunquam latius sumitur pro re qualibet inopinata, quæ futurum vel malum vel bonum indicare putatur; hoc sensu & nobis ve-nit, prout apud Romanos distinguebantur ful-mina in fatidica quæ ex alto statis & de causis & ex suis venire sideribus censabantur; & in bruta vanaq; quæ nihil significare credebantur; Rosen *Antiquit.* Rom. lib. 3. p. 116. Sic & hic *omen brutum* apella-re licet, id quod nil quicquam vel boni vel mali significare creditur.

*Rei veritas probatur.*

### § VII.

**A**Nequam vero aliquid tanquam *Omen* ven-ditari possit, probandum prius, quod reve-ra contigerit, nec fraus ulla subsit: idem & hic obser-

observandum. Hinc non a scopo me aber-  
rasse crediderim, quod sententiam meam cui-  
dam de Scriptura Insterburgica postulanti, re-  
sponderim: *Scriptura illa aut plane est ficta, aut*  
*fraude depicta, aut ex causis naturalibus deducen-*  
*da; quartum non datur, quia Deum hisce temporis*  
*futura istiusmodi Scripturis prædicere velle, nec*  
*ratione nec experientia nec Scriptura sacra unquam*  
*probabitur.* Cum igitur una ex prædictis causis  
locum habere debeat, in antecessum priores ex-  
aminare erit neesse.

A parte dubitantium si quis steterit, & pro-  
rumore efficto rem integrum habuerit, ei luben-  
tes quidem damus sexcenta alia interdum pro-  
ominibus habita, quibus nil minus quam veri-  
quiddam suberat; testatur enim experientia,  
quod credulum vulgus falsè narrata pro verita-  
tibus vendit, adjectis mille circumstantiis, quæ  
tamen nunquam contigerunt. Quoties ad male  
narrata crescit fama eundo, ut nivis globulus in  
Alpibus ex arbore decidens, qui in grandem vo-  
lutando crescit molem, quæ tamen ad calidores  
solis radios liquevit, difflit & evanescit. Si  
tempora fuerint nubila imminentibus publicis  
calamitatibus, quam facile fieri potest, quod  
anus quædam superstitiosa, quæ fortè de nocte  
somniavit, propalet in vulgus: vel quod in ton-  
strina

strina quis ad credulos fallendos proposuerit: aliquid, quod mox tanquam nuncium cœlo delapsum circumfertur; sed tale quid quoad rei factum hic non obtinere persuasi sumus, tum ex relationibus fide dignis: tum testibus ~~avertoris~~: exceptione majoribus virisque cordatis tam Politicis quam Theologis. Allati sunt ad nos tales Rhombi, ex quibus rei veritas cuivis insipienti ad oculum demonstari potest.

*A fraudis suspicione scriptura liberatur.*

§. VIII.

Fraudem forte subesse si quis dixerit; ei concedimus quidem ultro, literas fenestris vel appendi vel adamante insculpi posse, quales otiosarum manuum lusus hinc inde, maximè in diversoriis, apparent; facile damus a Studio sc̄ quodam ostentationis vel fraudis ergo peregrinarum Lingvarum characteres vitro insculpi potuisse: simile quid hic Regiomonti contigerat, ubi peregrinus quidam ad fenestram adpinxit, ut probaret adamantem, virgas, gladios, hastas, cumque præteriens quidam talia observaret signa, & meditabundus adstaret fenestræ, concurrebat mox plebs & sibi feralia fingebat omina, donec superveniens hospes ænigma solveret, & turba cum pudore dissolveretur. Potuissent

tuisserit itidem maximè hoc belli tempore a militibus hinc inde proficiscentibus literæ quædam appendi vel emissò vitriario fenestris tales rhombi clanculum inseri, ex stratagemate bellico, ad terrorem panicum incutiendum. Sed obstat; quo minus tale quid fraudis hic subesse credamus, literarum constitutio; non enim deprehenduntur vitro adamante incisæ, nec alio quodam modo adpictæ, sed vitro apparent innatæ infinitis in locis, imo & in accessis, ubi talis fraus operosa, imo per circumstantias varias impossibilis, haud præsumenda.

*Nullum subesse miraculum divinum probatur.*

§. IX.

**E**cquid igitur de talibus sentiendum restat figuris & literis? An fortè per miraculum divinum ad terrendos impios, & ad poenitentiam adducendos? Vel, ad indicandas venturas calamitates divina manu cœlitùs inscriptæ, ut olim characteres Belsazari interitum præsignificantes? fortè bella notant illa, quæ apparent armamenta bellica? fortè morbos pestilentiales niger color? fortè mortes & strages & effusionem sanguinis indicant characteres rubicundi? Aut tale quiddam, clementissimus DEus piis dedit solamini, impiis verò poenarum moderamini,

ut

ut peccata 'poenitentia abrumpere & in tempore  
ad meliorem frugem redire discant? Sic vellent  
quidem quam plurimi Scripturam interpretari:  
sic judicat vulgus credulum, quod nescio quæ  
sibi fingit insecurita feralia, manu DEI per tales  
signaturas significata. Sed nobis longè alia mens  
sedet, prædictasque signaturas non esse signa, ex  
beneplacito DEI futuri quid prædicentia, se-  
quentibus rationibus probamus.

*Argumentum a majori ad minus.*

§. X.

**Q**ui sibi a signis metuit & ex rebus naturali-  
bus omnia fingit, peccat contra expressa S.  
Scripturæ dicta, quæ tale quid prohibent. Jerem.  
X. v. 2. dicit Deus אל-תחרתי **A**  
*signis cœli nolite metuere.* Chaldæus Paraphrastes  
clarius sensum exprimit: *De signis quæ mutata  
sunt in cœlis, ne conterreamini.* Referenda est huc,  
inquit M. Coccejus, *omnis doctrina Astrologiae ju-  
diciarie, quæ nullum fundamentum habet.* Confir-  
mat Propheta, *Deum timentes ne timeant portenta  
& prodigia, quia consternantur gentes ob ea.* In-  
nuit Gentium cultum esse a consternatione & des-  
pairuosa, quod scilicet existiment sidera esse quæ-  
dam maligna alia benigna &c. Sic igitur sidera  
cœli, siue sint cometæ, siue planetæ, siue stellæ

B

fixæ

fixæ, sive sint meteorā, quæ interdum in cœlo apparent, non sunt metuenda, quæ tamen respectu magnitudinis & loci vim quandam habere videntur; multo minus metuenda sunt signa quæ in terris apparent. Nec est, quod quis excipiat, hic saltem metum Ethnicorum reprehendi, qui verum Deum non noverant, & astris rerum bonarum malarumque eventum tribuebant; Nam hæc ratio, quia *Gentes confernantur*, tollit omnem ab astris & aliis rebus naturalibus metum, quia verè credentes sciunt omnia a Providentia Dei benigna dependere. Notum satis est, quod Gentes non solùm signis cœli fuerint confernati, sed & signis terræ & aeris. Quanta superstitione maximè Romani fuerint fascinati ex Antiquitate patet. A precibus considebat Augur dupli amictus toga augurali, desfixis anxiè in cœlum oculis & attente solliciteque circumspexit cardinibus omnibus, expectabat, numquid alicunde ostenderet se, unde nasceretur & prodiret, & si objiceretur avis aliqua, huc ne an illuc volaret: An prono, obliquo supinove motu corporis ferretur: quo flecteret, contorqueret, porrigeret, contraheret membra: an hac vel illa se parte occultaret: dextrane vel sinistra caneret Oscines? quam feralis inter alias aves credebat noctua: cum talis Pyrrhi hastæ contra Argos euntis

euntis insedisset, fatum ei & discrimen inevitabile portendisse credebatur. Noctua in Ciceronis prædio horologii indici insidendo eumque promovendo malum judicabatur omen, Domini feudi mortem indicans. Quo cum fervore Haruspices occupati erant circa inspectionem viscerum in victimis flammæ, fumi & cinerum! istiusmodi non solum crassioris superstitionis, verum & subtilioris vestigia voluit Deus ex populo suo eliminata, ut sibi plane non timeant a signis, quo nomine etiam veniant.

*Varia prædictionum genera interdicta.*

§. XI.

**E**ò & collimant dicta alia parallela vanum a Signis metum prohibentia, ut Deut. 18. v. 10. Non inveniatur inter te faciens transire Filium suum & filiam suam per ignem, divinans divinationes, præstigiator & augur & maleficus, & jungens junctionem & interrogans pythonem, & sciolus, & querens a mortuis. Videmus hic interdicta omnia vanæ prædictionis genera, quæ sibi ὑπερφέγεστα fingunt ingenia. Inter alia notandum, quod prohibetur נָשֵׁב Præstigiator. Propriè vox significat nubem obtendentem præstigiis ad obnubilandos hominum oculos, aut vaticiniis yanis instabilibus & veri ignaris hominibus il-

B 2

luden-

Iudentem. LXX. exponunt per  $\kappa\lambda\nu\delta\nu\gamma\zeta\sigma$ , quod  
fluctuare notat: *Wadmoched gnaine vertit Syrus,*  
*claudere faciens oculos, der die Augen verblendet;*  
Quid enim aliud faciunt variorum ominum  
Venditores, quam quod contra lucem sanæ ra-  
tionis & Scripturæ Sacrae hariolentur, & coeo  
impetu fingant phantasmatæ & sibi persuadeant  
mala secutura sine fundamento. Nullares est, in-  
quit Augustinus de Civit. Dei c. 53. de qua liberius  
homines mentiantur, quam de venturis, quoniam  
nihil nos audimus libentius, etiamsi mentiri sciamus;  
ita favor in eos noster, qui futura jactant prædi-  
cere, licentiam eorum irritat & alit usq; adeo in re  
mirabili, vel voluisse quod dicere mirandum duci-  
mus.

*Signis & portentis eventu probatis ne quidem  
fidendum.*

### §. XII.

**H**AUD minoris ponderis extat Argumentum,  
Deut. 13. v. 1. 2. 3. Si surrexerit in medio tui  
propheta aut somnians somnium, aut dans tibi signum  
aut portentum, & evenerit quod locutus est, non  
audies verba Prophetæ illius aut somniatoris, quia  
tentat vos Dominus Deus vester, ut palam fiat,  
utrum diligatis eum an non. Ex hoc dicto patet,  
quod ne quidem talibus in Casibus fidendum sit  
miraculis & signis, quamvis eventus probave-  
rit,

rit, vel, quod prædictum erat revera evenerit; Experientia quidem rerum dicitur *Magistra*: sed nec illa in patrocinium Signorum adduci debet; Solet enim DEus superstitiones sæpius punire, ut illud ipsis eveniat, de quo animus firmiter perswasus erat; filios verò suos probat DEus, tantam in Deum foederatum ponant fiduciam, ut, ne miraculis quidem, nec portentis, nec signis abduci queant; Si ergo ne veris quidem signis illegitimo tempore contingentibus credendum, multo minus levibus istiusmodi signatoribus & credulis istarum literarum ruspatoribus. Si quis exciperet: *hoc dictum agere de talibus signis, quibus falsi Prophetæ falsam suam Doctrinam stabilire conantur, non verò de talibus, quibus homines ad pietatem & conversionem excitari possunt*; Respondemus: piis fraudibus hominum Conversionem promovere, non nisi malum, annon alia legitima adsunt media? Si non fidendum veris signis eventu probatis in causa mala, itidem non fidendum portentis & signis fictis, quamvis scopus sit bonus; non enim facienda sunt mala (nec superstitioni locus est dandus) ut eveniant bona, Rom. 3. 8. imo *animam quæ verterit se ad Pythones & ad divinantes excindam ex populo meo inquit Deus Lev. 20. 6.*

## §. XIII.

**S**ignomantia & observatio Signorum contrariatur Virtutibus Dei; quid enim aliud est petere Signum, vel arripiendo, nescio quid inopinatum, & venditando pro signo, quam tentare Deum & peccare contra absolutam ejus potestatem; quasi verò teneretur Deus positis his & illicis in cerebro humano effictis portentis, vel ad lascivientis naturæ lusum necessario bellis, morbis pestilentialibus aliisque calamitatibus regionem punire; Quid hoc aliud est? quam causam primam liberrimam, causis secundis a legibus naturæ paululum deviantibus & monstrum aliquod producentibus alligare, citra rationem & citra revelationem. Si laudanda erat pietas Achazi, quod noluerit signum à Jehova petere ex profundis vel ex rebus altissimis, ne tentaret Deum, meritoque corripiebatur populus Israeliticus, quod anxiè peteret signa, & res haud parva judicabatur fatigare Deum & homines Jes. 7. 13. temporibus illis, quibus miracula & signa adhuc contingebant ad veritatem magis & magis confirmandam: multo majus erit peccatum tentare Deum signomantia vana & inutili veritate sat comprabata & miraculis Christi & Apostolorum confirmata. Si signa anxiè attendere intercul-

culpanda in Pharisæis recentebatur, qui economi-  
ne reprehendebantur Matth. 12. v. 39. *Natio mala  
& adulterina signum querit: imo, ipse Regius in-*  
*creduli nomine notabatur a Christo lata senten-*  
*tia redargutoria, nisi signa videritis & prodigia*  
*non creditis Joh. 4. 48.* quis excusabit facilitatem  
Christianorum, ad præsentiam tot mediorum sa-  
lutis multo certiorum, signorum observationi-  
bus futura prædictorum.

Observatio signorum pellit fiduciam in De-  
um, hominesque facit anxious & meticulosos, ut  
posthabita fiducia in Clementiam Dei, sibi Deum  
fingant duriorem, cui non sufficiat homines ca-  
stigare, sed qui mille mortibus eos velit interire.

Observatio signorum derogat veritati DEI  
& Scripturæ Sacrae sat confirmatæ signis & mira-  
culis Christi & Apostolorum, quasi non suffice-  
ret verbum Dei ad convertendos homines, nisi  
indies novis signis confirmetur; Hinc in para-  
bola Luc. 16. 29. dives helluo petens ab Abra-  
ham, ut unum ex mortuis mitteret ad monendos  
fratres in terra impie viventes, merito audiebat  
sententiam: *habent Mosen & Prophetas illos audiunt.*

*Signa talia nec ex sua natura, nec ex instituto  
divino aliquid significare.*

#### §. XIV.

**S**I signa talia aliquid significarent, illud face-  
rent  
B 4

rent aut sua natura, aut ex instituto divino, at  
verò neutrum obtinet: Ergo. Quod ex sua na-  
tura nil significant patet: qualis enim nexus ibi  
reperitur? video signaturam quandam in fenestra,  
ergo sequentur bella, calamitates &c. ibi figuræ ex-  
tant, ex quibus gladii, hastæ, tormenta bellicæ sibi quis  
imaginari posset, ergo, istiusmodi armis vastabitur  
regio; Quare non eodem jure inde concluderem: re-  
ferunt figuram aratri, occæ, rastrorum, ergo speran-  
da nobis perennatura pax & fœcunda mesis. Quod  
ex instituto divino nil significant characteres  
tales, exinde sat liquet, quia nullum habemus di-  
ctum in tota Scriptura Sacra, quod Deus Doctrina  
Christiana miraculis sat confirmata velit homi-  
nes ad pœnitentiam adducere istiusmodi signis,  
imo potius avocamus a signis & alegamus ad  
Mosen & Prophetas; ipsa quoque experientia  
contrariatur, cùm tales characteres per tot an-  
norum lustra in vitris extiterint; tempore pacis  
ædificia sunt ædificata & fenestræ instructa, ha-  
bitarunt incolæ in optima tranquillitate & pace  
per tot retro annos, ut ut illa feralia signa extite-  
rint; Si igitur præteritis temporibus nulla bella,  
nulos morbos pestilentiales prædixerunt hacte-  
nus, qua ratione jam ferale quid significant?

*Sapit superstitionem Ethnicam.*

§. XV.

**S**Ignomantia talis sapit superstitionem Ethni-  
cam,







can  
rib  
cu  
ips  
ho  
diu  
ter  
ist  
&  
ru  
pe  
str  
sp  
scr

I  
ti  
Q  
ru  
M  
H  
C  
se  
v



cam, ex Christianismo eliminandam, imò sanioribus Ethnicorum Philosophis a multis retro seculis suspectam. Relicta sunt proh dolor! in ipso Christianismo rudera Gentilismi, quæ ex hominum pectoribus vix ac ne vix quidem eradicari possunt, quamvis nullo non tempore, inter ipsos etiam Ethnicos Philosophi vixerint, qui istiusmodi vanitates & omina judicarunt sublesta & hominum animos a vano metu avocaverunt. Cicero jam olim salse ridebat sui ævi superstitiosos *Lib. de Divinatione* p. 355. §. 23. *Sus rostro si humi A literam impresserit, num propterea a suspicari poteris Andromachum Ennii ab eo posse describi?*

*Saniores Theologi signomaniam detestantur.*

§. XVI.

**D**e testati sunt nunquam non, tum ex nostris, tum ex Lutheranis, Theologi, Signomaniam a signis cœlestibus & terrestribus petitam. Quam sententiam de talibus tulerit signis Lutherus, videre licet ex *Mathesii conc. 13. p. 147.* Ich Mathesius schrieb meinem guten Freund M. Caspar Heldrich, so an D. Luthers Tisch ging von den Gesichten und Zeichen/ die man bey uns im Wiesen hal solt/ gesehen haben; da ers aber am Tisch vor weiset/ sagt D. Luther zu ihm: O lieber M. Caspar,

spar, wann ihr wollt Thiere / Schlosser / Städte / Ebentheuer am Himmel sehen / so sprecht mich an / wann neulich ein Wetter gewesen und es viel Wolken hat / da wil ich euch selzame Wunder zeigen. Die Welt gaffet immer nach Wunderzeichen / und siehet oft am hohen Himmel einen weissen Hund vor einen Becken-Knecht an / und glaubt gern den Gesichten; aber die Gläubigen halten sich zum Wort Gottes und bewahren dasselbe.

Magnus noster Calvinus non minus serio reprehendit superstitionis signis maximè cœlestibus nimium fidentes in Jer. 10. v. 2. *Ita extinguitur fides, & in nihilum rediguntur omnia officia pietatis.* Nam quisquis persuasus est se constrictum esse hac necessitate, an invocabit Deum? an commendabit illi vitam suam? Deinde, si quid adversi acciderit, an hoc acceptum feret suis peccatis? An agnosceret se vocari in judicium a DEO? Si feliciter etiam habuerit, an excitabitur ad canendas Deo laudes? Videmus ergò ut hec divinatio extinguat totam pietatem, quoniam nulla erit fides, nulla erit agnitus pœnarum, nulla agnitus beneficiorum Dei & nullum studium precandi, si animos nostros semel occupaverit diabolicus ille error, subjectos nos esse signis.

*Characteres in Vitis ex causis naturalibus deducuntur.*

### S. XVII.

**Q**uid igitur sentiendum restat de supradictis signis

signis, si nec ex sua natura nec ex instituto divi-  
no quidquam futuri prænunciant, quænam da-  
ri poterit causa naturalis, unde ejusmodi signa-  
tura oriatur? Notum est omnibus vitriariis, quod  
tales signaturæ se crebro ipsorum oculis & ma-  
nibus exhibeant, quarum natales ex officina con-  
flatoria deducere licet; nam quando vel mate-  
ria heterogenea vitro mixta, vel non satis di-  
gesta, vel propter calorem non sufficientem con-  
densata tractatur & minus promtè fluit, vel di-  
stenditur, facile nascitur crassior ductus, pro va-  
ria linearum combinatione literam quandam  
exhibens. Possideo istius speciei Rhombos, ex  
quibus literas Hebraicas, Syriacas & Samaritanas  
sibi quis imaginari posset. Dantur & alii rhom-  
bi, in quibus non crassioris sed subtilioris scri-  
pturæ literæ & figuræ rerum variæ exhibitentur,  
quæ inde vitro innatæ, quando guttula quædam  
materiæ, ex qua vitrum conflatur, vitro jam  
complanato vel conflato incidit, vi caloris qui-  
dem vitro adhæret & ad debitam pellucidatem  
redigitur, sed quia aer intermedius crassior ex  
defectu caloris non tam citò rarefit & expelli-  
tur, nascuntur pustulæ variæ figuræ, quas exitum  
quærens aer effingit, ut plurimum oblongas, in-  
terdum & rotundas, inflexas, pro varia propul-  
sione aëris in materia adhuc ductili tales mean-  
dros

dros efformante, quod patet exinde, quia eminentes si abradantur pustulæ interiores cavitates conspicuntur.

*Merus est naturæ lusus.*

§. XVIII.

Constat igitur quod ex solo naturæ (sit verbo  
venia) lusu, causisque plane naturalibus tales signaturæ orientur, ex quibus superstitionis facile quidpiam hariolantur. Quam vario modo ludat natura experientia docet. Dantur rhombi in quibus Scriptura apparet sat distincta, in plurimas lineas divisa, ut facile quis rerum ignorans decipi possit; dantur alii, non quidem lineis sed tamen vocibus distincti, in quibus hinc inde non solum literæ Arabicæ, quæ tenuissimis talibus gaudent ductibus, apparent; imo vocales Arabum fata kesre dsamma & notæ reliquæ Orthographicæ, ut, Tesdit, Wesla, Hamza, imo & integræ voces Arabicæ. Vidi Rhombum, in quo sat distinctè legi potest vox Arabica *allation*, Nox: quam facile quis exinde ominaretur, noctem tremendam belli, morborum aliarumque calamitatum; sed, an non pari jure id accipi posset de hostibus, quod illis nox tremenda, & contra incolis dies grata prædicetur. Dantur itidem rhombi, in quibus non literæ sed figuræ

guræ armamentorum bellicorum ut, clypei, gla-  
 dii, enses, hastæ, bombardæ & tormenta extant ;  
 annon exinde superstiosus Spectator bella ,  
 mortes, oppugnationes ominari posset, ut ut, ta-  
 lia arma tam ad defensionem quām ad oppugna-  
 tionem requirantur & usu veniant. In conge-  
 rie collectorum rhomborum præ reliquis emi-  
 net Symbolicus quem Regium dixero , apparet  
 in eo sat distincte, Sol oriens & radios suos sur-  
 sum spargens, supra solem extat sceptrum, ad  
 latus punctis formatum C. quid si ominari lice-  
 ret, annon facile eliceretur sententia SOL JUSTI-  
 TÆ CORONABIT SCEPTRUM BRAN-  
 DENBURGICUM : puncta quæ C. formant simi-  
 les sunt stellis coronæ septentrionalis in cœlo ,  
 quam ipsa hora coronationis Regiæ supra Arcem  
 Regiomontanam extitisse demonstravit D. God-  
 sched Med. Doct. Profess. & Societatis membrum vñ c̄  
 ažiois. Non sine admiratione curiosus rei num-  
 mariæ indagator contemplabitur rhombum, qui  
 exacte refert figuræ numimi Vespasiani, capta Ju-  
 dæa cusi, sedet sub palma ad terram præ mœro-  
 re incurvata & tristis muliercula, a tergo mi-  
 les stat togatus, quis non facilè inde ominare-  
 tur, si liceret, victorias. Nec minus recensione  
 digna est signatura exhibens venabulum, cui  
 opponitur caput Apri aperto rictu in hastam ir-  
 ruentis :

ruentis: quis non applicaret symbolum hostibus,  
qui non impune contra stimulum calcitrant, vel  
Heroi qui ut Virgil. loquitur IX. Aen.

---- *Medios moriturus in hostes*

*Irruit, & que tela videt densissima tendit.*

Adhuc notanda figura Canis pleno ore per vomitum ossa eructantis: quis non idem hostibus imperii accommodaret, qui male parta olim reddere tenebuntur. Videbis L. B. etiam rhombos insulis maris, isthmis suis distinctis, variisq; characteribus ornatos, liceat hinc victorias maritimas sperare. Tandem si numeros quæris, vitra dabo XV. signata: Tibi si placuerit annum hujus seculi decimum quintum imaginari, magnis rerum revolutionibus destinatum, per nos licet, si tibi lubet ad naturæ naturatæ lusum ludere. Refert Bangius in coelo orientis p. 112. Jaspidem ex Alcairo Ægypti metropoli translatum variis figuris hieroglyphicis Ægyptiacis signatum, quas liquore quodam corrosivo simili in jaspide polito imitari curavi, ovum ovo vix similius generari dixeris quam signaturas ex variis vitris in unum collatis similique ordine dispositis. Sed mysteria exinde eliciant illi quibus venari nugas volupe; nos prophetis illis non nisi ad Calendas græcas subscribimus, ut ut pia vota & levissima occasione nata permittamus, quæ ibunt quo poterunt.

*Unde*

*Unde colores literarum oriuntur?*

§. XIX.

**S**Ed unde tandem colores adnascentur? cum vitra suis signata figuris ex officina veniant nonnisi pellucida, colore argenteo, ecur hic characteres conspiciuntur nigri, illuc rubicundi? Causa hæc est, quia ductus literarum integrarum eminentiores, fractarum vero reliquo vitro depresso, fieri facile potest, ut pulvere pro constitutione soli jam atro jam rubicundo, tempestate sicca in altum ventis vel transeuntium pedibus, elevato impleantur, qui pluviis maceratus & radiis solaribus exsiccatus vitro tam arctè adhæret, ut ablui vix possit. Et quid si musæ punctarent? literisque Hebraicis sua schevata, Chirek, Dagesch vel Sægola appingerent? vel hirundo virgam formaret prout contigit?

*Lapis literis O.C.D. signatus.*

§. XX.

**Q**UAM fœcunda mater natura sit in effingendis prodigiis, mille experimentis a curiosis rerum physicarum investigatoribus est observatum; propter materiæ affinitatem hic conferre licet lapidem certis literis signatum. Cùm nuper in prædio Perillustris Comitis de Denhof Sacra peragerem & habita concione ad recreandum

dum animum in agrum exspatiarer, inter lapi-  
dum congeriem ostendebam silicem, in quo al-  
bos videbam ductus, eo sublato & attentius consi-  
derato apparebant, ductu sat distincto & crassiore,  
literæ O. C. D.; cumque lapidem mecum affer-  
rem statim observabat Comes nominis sui lite-  
ras initiales, quibus legi posset *Otho Comes Den-  
hofianus.* Quamvis hic objici posset literam M.  
alterius Prænominis *Magni* initialem, esse omis-  
sam, excusari tamen poterit natura, quæ sicut  
non admodum eleganter depinxerat literas, sic  
& inopiam suam prodidit omissione unius lite-  
ræ; ut ut & soleant non nunquam nomina pro-  
pria per compendium brevius & scribi & pro-  
nunciari, maximè, si plura fuerint prænomina.  
Sufficit hic adesse literam initialem nominis pri-  
mi dignitatis & stemmatis.

*Unde literæ in lapidibus oriantur.*

§. XXI.

**C**AUSA hujus signaturæ hæc est. Oriuntur sili-  
ces ex argillosa & viscosa mixtura terræ, cui  
si materia quædam heterogenea, quæ aliquid cal-  
cis argillæ vel arenæ albæ rubræ vel alterius co-  
loris continet, a reliqua massa vel aquæ fluëtibus  
vel ventis vel alio modo agitata includitur, suc-  
co lapidifico radiisque solaribus induratur facile,  
tales

tales literæ casu efformantur. Si ulterius in lapi-  
des pedibus obvios inquirendi, tempus fuisset da-  
tum, fortè offendissem & plures, aliis literis & si-  
gnaturis notatos. Arte quidem factæ in lapidi-  
bus occurrunt inscriptiones, qualis illa quæ in la-  
pide Rostochii invento occurrit: VIVANT GE-  
DANENSES, cuius *Wendius Profess. Thorunensis*  
meminit & optime judicat: quod studiosus qui-  
dam Gedanensis in Academia Rostochiensi li-  
teris incumbens, lapidem istum corrosivo liquo-  
ris beneficio maceratum & supra dictis literis  
signatum forte casu amiserit, vel studio abjece-  
rit; quia Academicorum adultus mos est, iis be-  
ne precari quibus bene cupiunt, quod probat,  
1. ex literarum in recta linea currentium æquali-  
tate 2. justa distantia 3. ductibus orthographicis  
4. & sententia completa, quales natura, quæ nun-  
quam non suam prodit paupertatem, non solet  
exprimere. Istiusmodi fraudem hic non subesse  
patet 1. ex materia literarum a lapidis materia  
plane diversa 2. ex forma literarum minus accu-  
rata 3. ex literis per integrum lapidem transeun-  
tibus 4. ex lineæ inæqualitate 5. ex literarum  
dispersione, quarum ultima in facie lapidis aversa  
apparet.

*Sigla natura imitatur.*

§. XXII.

**E**X istiusmodi lapidibus curiosus rerum na-  
C tura-

turalium indagator, maxime ad littora lapillo-  
rum copia repleta, integrum Alphabetum sibi  
facile colliget, nec minus supellecilem figura-  
rum Mathematicarum, rhomborum circulorum  
triangulorum. Sigla natura imitatur, quæ tamen  
nec vocem nec rem notant, prout sigla Mauritiū  
Saxonum Ducis servorum vestibus intexta V. G.  
M. A., quas literas interpretabantur in Comitiis  
Spiræ An. 1544. Vieleicht Glückt Mirs Auch/  
cum consilia agitarentur inter Pontificios &  
*Mauritium de opprimendo Johanne.*

Recensere hic lubet sigla trium literarum  
N. R. A. quibus Gallorum milites sibi victorias  
& urbium occupationes pollicebantur, eas expli-  
cando: Nürnberg, Regensburg, Augsburg; pari  
licentia Germani nostri, hostium machinationi-  
bus detestis viribusque fractis, tres illas literas sic  
exponebant:

### Nicht Recht Angefangen.

Non minus ingeniose ad loetum nuncium de-  
nupera victoria contra Gallos, quâ tot hostium  
millia occisa, Generositate Malbrugii, & Tallar-  
dius Gallorum Mareschallus, fortitudine Hæredi-  
tarii Hassorum Principis FRIDERICI captus, le-  
pidum aliquod caput, ex tempore, occasione li-  
terarum, quibus hebdomadæ dies ad calenda-  
rium perpetuum designant, januæ ad scriptarum,  
hanc proferebat sententiam

S M D M D F S

So Muß Der Malbroug Den Fran<sup>z</sup>osen Scheren.

Sexcenta dantur ejusmodi inventa, quæ tam  
en plus ingenii quam soliditatis habent. Fe-  
racia ludant, si placet, ingenia, & ex lapidibus,  
quod lubet, legant, manent tamen talia sigla a  
natura efficta *omina bruta*, in rei veritate plane  
nihil, nec ex sua natura, nec ex instituto signifi-  
cantia.

*Significationes Siglorum, naturalibus tribuunt  
causis nonnulli.*

§. XXIII.

**A**lia quidem mens sedet Agrippæ, qui libro  
*de occulta Philosophia* c. 74. inquit: *Illud non  
est ignorandum, hebreas literas, ut compertum a  
Sapientibus, omnium esse efficacissimas, quia habent  
similitudinem maximam cum cœlestibus & mundo.  
Cæterarum vero lingvarum literas tantam effi-  
ciam non habere, quia ab illis remotius distant;*  
*Habent etiam literæ quæq[ue] sui ordinis numeros du-  
plices, quorum numerorum vires qui cognoverit, po-  
terit in unaquaque lingua per suas literas admiran-  
da elicere mysteria, pariterque & præteriorum &  
futurorum temporum colligere vaticinia.*

Ejusdem sententiæ Gaffarellus est. *Statuo  
(ait) Figuras in lapidibus naturaliter expressas, si*

C 2

appli-

applicentur ad aliquid efficiendum, naturā idoneas esse, idque probo duabus rationibus. Primo, quia hæ figuræ qualitates sunt, quarum proprium est effectrices esse. Secundo, quoniam id experientia optima rerum magistra comprobat. Videmus enim quotidie has figuræ in similia operari: Ita Heliotropium, quod guttulis sanguinis distinctum videatur, sanguinem sistit, membro, ex quo sanguis fluit, applicatum; Ita de Ophite marmoris specie narrat Plinius l. 36. c. 5. sedare serpentum ictus.

*Quid de plantarum signatura iudicandum?*

Simili modo philosophatur *Johan Baptista Porta* in *Phytognomonicis*. Atras plantas & animalia atræ bili mederi: quæ sanguineo succo mandent ad sanguinis purgationem valere: lactuas plantas lac generare: Serosas serum purgare: Arborum lachrymas & sudores, ad lachrymas & sudores humanos valere: Carnosas plantas, carnosos homines reddere: Ossosas ossibus, nervosas nervis, plantas capillos referentes alopecia mederi; flores, qui oculorum speciem representant, eorum morbos curare; digitatas & articulatas plantas chiragræ & podagræ resistere; quæ foliis & fructibus cordis speciem referunt cordi subvenire; plantas spinosas, icterismis mederi, & quid non!

*Ex eorum schola Jacob Böhme centralis ille Philo-*

Philosophus, vel quisquis fuerit istorum librorum Author, provenit, ejusdemque sententiae est Libro de *Signatura rerum*. Man kan eine jede Wurzel/ wie sie in der Erde ist/ an der Signatur erkennen/ worzu sie nutz ist. Eine solche Signatur hat das Kraut/ und an den Blättern und Stengeln sieht man/ welcher Planet Herr in der Eigenschaft ist; vielmehr an der Blume: Dann was vor einen Geschmack das Kraut und Wurzel hat/ ein solcher Hunger ist in ihm/ und eine solche Cur lieget darinnen/ denn es hat ein solch Salz.

*Judicium de plantarum signatura.*

§. XXIII.

**N**olo equidem falcem immittere in alienam messem, non possum tamen à te impetrare, ut mirabili horum philosophandi methodo subscribam; Nullam enim video connexionem inter figuras rerum earumque vires, maximè si in usum medicum præparentur & tot mutationes subeant. Quæ, qualis, quanta sequela? Hæc planta, ut Carduus benedictus &c. habet aculeos & spinas, ergò medetur morbis acutis; quidni & tribulos & spinas applicant morbis acutis laborantibus? Quoties experientia contrarium testatur & istos refutat Phisologhos? quoties planta pedibus conducere deprehenditur, quæ tamen

C 3

capitis

capitis signaturam vel oculorum habebat. Sed de his sit judicium penes Medicos, quibus de meliori luto finxit præcordia Titan.

*Quid judicandum de literis lapidi Sinaitico  
in scriptis.*

§. XXV.

**U**T verò è diverticulo in viam redeamus, Uliteras illas lapidi innatas nil quidquam boni nec mali indicare, sed pro mero naturæ lusu habendas esse judicamus; prout & literas famosas in monte Sinai inventas lapidi inscriptas vel meritis causis naturalibus, vel piæ fraudi Religiosorum adscribimus. Kircherus quidem in *Prodromo Copto* p. 204. dicit: hos characteres, quos della Valle nuncupat characteres nemini notos, significare יְהוָה יְבִתֵּן עַל מְתָתָּךְ Deus Virginem concipere faciet, Sed quis lingvæ Sacræ gnarus non videt, analogiam Grammaticam hanc non pati constructionem; taceo, quod nulla plane sit convenientia hujus Scriptionis cum literis Hebraicis, Judice doctissimo Wagenseilio. Et cur in Saxis quærimus, quod in Sacris Deus extare voluit Jes. 7. Adde, quod majori forte cum fundamento, quis literas illas Cufico-Arabicas dixerit cum Eruditis, in den Monachischen Unterredungen Anno 1694. Mens. Martii p. 194. & continere commune Arabum

**Arabum Votum, Bismillahi-rrachmani - rrachimi,**  
*in nomine misericordis miseratoris;* quia solent Ara-  
 bes & Persæ illam Sententiam variis & intricatis  
 ductibus exprimere.

*An ex signatura de jure Dominii judicare liceat.*

§. XXVI.

**R**Eferunt Scriptores fide digni, quod in certa  
 Ditione Nobilis cujusdam Galli reperiantur  
 lapides, qui Insignia Domini sui exhibeant; si-  
 mili modo, quis conjicere posset & hic Saxa de  
 jure possessoris sui loqui? Sed quis probabit o-  
 mnia saxa tales literas exhibere, forte & alia re-  
 peries, ex quibus nomen alicujus vel minimi  
 Comitis servi legere liceret; & quamvis plures  
 darentur lapides, iisdem constanter literis signa-  
 ti, nullo tamen jure elicies fundi Dominum il-  
 lis indicari; Quid si & tales literæ jam a multis  
 retro annis in illis lapidibus extiterint, antequam  
 modernus Prædii natus esset Possessor, an pro-  
 pterea Domini piè defuncti illegitimi fuissent  
 Usurpatores? Nascitur herba dicta *πέρσις* seu filix  
*Garen Kraut* cuius radix dissecta, ob fibrillarum  
 ductus exhibit Aquilam, an exinde petitum va-  
 lebit argumentum, omnes illas Ditiones, in qui-  
 bus hæc herba Aquilâ signata crescit, esse vel Cœ-  
 faris, vel Regis Poloniæ, vel Regis Borussiæ, vel  
 Magni Ducis Moscoviaæ.

Segment-

*Segmentum Succini figuram viri grandævi refert.*

§. XXVII.

**I**dem judicium esto de Segmento Electri imaginem Viri grandævi exhibentis. Oblatum mihi nuper Electrum album, quod alias vocant *Kumstfarb* / in quo effigies Viri senilis, punctulis subatris tam accurate depicta conspicitur, quasi arte esset facta, quam miniaturam appellant. Caput omnes faciei partes exhibit, capillis & barba oblonga ornatum, corpus quod in umbilico ad finem segmenti desinit, balteo vestitum appareat. Causa hujus imaginis facile datur: notum quod Electrum sit materia fluida, quæ in terræ venis generatur, prout ad oculum demonstratum est, ex littore Palminichen, quo, ad mandatum Potentissimi Regis nostri, transfosso, istiusmodi apparuerunt venæ Electrum ferentes, in terræ interioribus visceribus instar resinæ fluidum, quod ad aerem & aquam marinam indurescit. Idem probant Muscæ, Araneæ & alia insecta, quæ dum tempore autumnali, latebras quærunt, istiusmodi materiæ adhuc fluidæ implicata, nobile Sepulchrum inveniunt, in quo corpora non putrescant, sed figuram imo & colores suos naturales retinent. Possideo frustula Electri, in quibus arena flava & rutilans conspicitur, alia, in quibus muscus: alia, in quibus

corti-

..

cortices & ligna electro in incunabulis suis mixta videntur. Notum est itidem quod variae dentur Eleætri species colore & puritate distinctæ: Datur etiam Eleætrum mixtum, quando vena Eleætri purioris & pellucidi coloris, se miscet vena alterius coloris eleætrum ferenti, combinantur variae species in unum fragmentum, distinctis tamen manentibus coloribus. Hujus mixturæ erat illud segmentum Eleætri ex albo & subatro, constans particulis subatris per integrum albam massam dissipatis, unde facile talis figura nasci poterat, in qua album Eleætrum quasi picturæ tabulam, subatum ipsum exprimebat imaginem; crassiores particulæ, oculos, nasum, & os formabant, reliquæ minores, capillos, barbam, tunicamque subatram. Plures istiusmodi in Electro mixto apparent figuræ. Vidi in Museo Celeberrimi Hartmanni Doctoris & Professoris Medicinae & Societatis nostræ Membro dignissimo Segmentum Eleætri, exhibens foeminaham cum parvulis in ulnis & ad latera. Memini me in officina Tornatoris vidisse capsellam in cuius operculo album Eleætrum pellucido mixtum, referebat montem, in cuius supremitate, flexis genibus, Vir instar Mosis, tabulas accipiebat ex nubibus ejus capiti imminentibus. Sexcenti tales reperiuntur naturæ lusus varias figuræ exhibentes, quæ si arte fue-

rint paululum adjutæ, etiam artificiosissimos Pi-  
tores in admirationem rapere possent.

*Quid de fungo mundum muliebrem exhibente  
judicandum.*

§. XXVIII.

**R**estat adhuc, ut de fungo in suburbio Regio-  
montano invento aliquid dicamus. Mer-  
cenarius quidam crescentem ex ligno miræ fi-  
guræ viderat fungum, quem meticulosa manu  
vix avulserat, cum ecce videret formam pecto-  
ris & capitis virginei cum mundo capillari: Ein  
Brustbild einer Jungfer mit einer Fontange; tam  
accurate omnia erant expressa, ac si statuarius  
artificiosus sculpsisset. Surgebat insana moles  
in altum, hinc inde protuberantibus ornamenti.  
In parte capitis posteriori sat distinctus appare-  
bat circulus planus, gyrum capillorum contor-  
torum vitta tectorum exhibentem, ut nil deesse  
videretur præter additamentum illud recentio-  
ris modi quod batte de l' ollie vocant. Facies,  
frontem, oculos, buccas mentumque debitæ pro-  
portionis referebat; nasi saltem extremitate ali-  
quo modo corrosa vel inter tractandum detrita.  
Collo caput humerisque insistebat, nexu deco-  
ro pectore protuberante. Inventor hujus fungi  
vix eum manu tractaverat, cum ad magistratum  
urbis

urbis eundem iret deportatum, credens quod  
miro fungo Deus superbiam sexus fœminei  
velit reprehendere, & insecuras pœnas mor-  
borum, quas ex naso abraſo ominabatur, indi-  
care. Obviam ei veniebat aliquis Studioso-  
rum, qui nummis fungum acquirebat & ad me  
deferebat, quid hac de re judicarem, auditurus,

*An securas superbiæ pœnas inferat.*

S. XXIX.

**D**etestanda quidem est accrescens Superbia  
toties à Verbi Ministris culpata: Sed Deum  
per fungum talem monstrosum idem agere &  
insecuturas superbis poenas comminari voluisse  
haud mihi persuadeo, cum nullum videam di-  
ctum in Sacris, vel Exemplum, quod talibus vi-  
tia hominum Deus velit delineare & reprehendere;  
habemus Mosen & Prophetas varia super-  
biæ indumenta notantes: habemus Ministros per  
vivum Dei verbum vitia humana sat clarè re-  
prehendentes, ut non opus sit rimari lapides,  
squamososque fungos; maximè cum testetur  
experientia, naturam in istiusmodi ludere soli-  
tam. Si montes nonnunquam parturiunt, ri-  
columque producunt murem, quid mirum idem  
illud lignis putrescentibus accidere, maximè,  
cum fungorum tot sint genera, ut vix ad con-  
stantem

stantem figuram redigi possint. Testantur Itineraria, in capite bona Spei montem figuram Leonis cubantis exhibere, qui der Löwenberg dicitur. In Misnia prope fortalitium Königsstein ad Albim, scopulus refert virginem stantem coramque brachio gerentem. In Insula Maltha rupes Monachum exhibet suspensum. In Archipelago inter Insulas Chio & Tenredo conspicitur rupes in forma capræ, unde & græcis mare dicitur Ægæum. In China mons Elephantis figuram habet. In India Occidentali ad urbem Auraco in regione Chili videtur in antro montis, effigies virginis cum infantulo saxo innata. Prout montes, sic & animalia dantur monstrosa. Non hic recensere libet vitulos, sues, oves, protuberantium quandom carnosam vel capillosam ornamento muliebri similem exhibentes. Videantur his de rebus Eruditorum acta & variæ relationes. Plantis & radicibus ludere naturam testatur experientia. Menzelius in Ephem. Nat. Cur. Ann. 9. Obs. 82. p. 218. recenset, radicem pastinacam tenuifoliam sativam, quæ figuram manus humanæ digitis radicem aliam tenentis exhibit. Album lapillum non adjicio Agnato meo Happelio qui p. 106. Rel. curos. T. sic hac de re loquitur: Was uns sothane Miss-Gewächse bedeuten/ darüber wil ich nicht grübeln/ und ich glaub auch

auch nicht / daß es jemand mit seinem Ver-  
stand ergründen wird. Gott der Allmäch-  
tige pfleget uns Menschen · Kindern oft durch  
geringe Dinge grosse Sachen / durch ohnge-  
fehrliche längst beschlossene / und durch zufälli-  
ge nohtwendige Dinge zu offenbahren / und  
seine Gerichte anzudeuten. Altius rerum cau-  
tas indagatur *Sigismundus Elsholtz Medicus Bero-*  
*linensis* : Wenn man nach der Ursach solcher  
selbst gebildeten Wurzel forscht ; so kommt  
einem am ersten vor die Garten-Regel / daß  
man die Erde/darinnen man Küchen-Kräuter  
pflanzen wil / von kleinen und grossen Stet-  
ten wohl saubern muß / wo solches nicht ge-  
schicht/wird man keine gerade sondern gespal-  
tene/ gekrümte und selbst verbogene Wur-  
zeln bekommen. Ich halte/ daß dergleichen  
an dieser Pastinac geschehen / und daß / da der  
Gärtner den Saamen gepflanzt / zween Kör-  
ner an einander gehangen/ welche also unter-  
einander umflochten fortgewachsen sind. Ich  
sage ferner/ daß der kleinere von beyden Kör-  
nern/ da er fortgewachsen einen Stein gefun-  
den/ von welchem die Wurzel verhindert/ ge-  
krümmt und zur Seiten gebogen worden/  
daß sie eines Menschen Hand hat angefangen  
zu bilden/ da sie aber weiter fortgewachsen/  
ist

ist sie von vier kleinen Steinchen zerspalten/  
wo von gleichsam fünff Finger gewachsen.  
Nota item radix est Mandragora, quæ figuram  
hominis tum masculi tum foemellæ haud raro  
exhibet, de qua Circumforanei plebi credulæ  
mira narrant, quasi futura præfigiat; hinc &  
forte nomen ortum quod Allraun dicatur, quasi  
alles raunen oder heimlich sagen. Quid mi-  
rum; quod prædictus fungus insolitam induere  
potuerit formam; creverat enim ex trabe pu-  
trescente in terra jacente: inferior pars, quæ pe-  
ctoris protuberantis speciem refert, haud aliam  
acquirere formam poterat, quia resistens plani-  
ties terræ ulterius versus inferiorem corporis  
partem, accrementum prohibebat, necessariò  
igitur luxurians fungus versus partem superio-  
rem crescere debebat, & ad latus, ubi nil resistie-  
bat hinc facile rotunda facie figura, & in co-  
num desinens superficies nasciebatur, à parte ca-  
pitis posteriori, adhærebat ligno, hinc forma  
plana & rotunda.

*Vana diluuntur omnia.*

§. XXX.

**C**AUSIS igitur naturalibus substratam materi-  
am, rerumque formas & signaturarum figu-  
ras explicantibus allatis, cadit *vana supersticio,*  
*evane-*

evanescunt omnia, diluuntur præjudicia, pellitur metus, confirmatur acquiescentia in sola providentia divina recumbens, quicquid etiam ogganniant creduli Ominum Captatores & Fautores signorum feralium, miraculorumque fictorum. Vereor equidem, ne aliquis ex Paracelsi Fautoribus idem judicium ferat de Scriptura in fenestris observata, quod ipse fert de visione quadam, exhibente quatuor gladios ordine dispositos horizontaliter uno erekto pag. 16. Die weil nicht gebühren wil eigene Gelegenheit zu suchen/ sondern dienen einem andern/ andern Nutz suchen/ eigen unterlassen/ daß dann in viel nicht geschehen mag/ aus der Ursach werden sie niedergelegt/ und dem befohlen ist das einig zu seyn/ wird den Fortgang haben/ und unter ihm werden sich erfreuen die lang gepeiniget sind worden und getrungen.

Vel, ne sibi & hic tabulam argenteam imaginetur quispiam cum Lichtenbergero in Prognostico suo p. 79. Hie giebt der Engel dent Abt und seinem Diener eine silberne Tafel in die Hand; vel Glossam Grunpeckii p. 95. applicet seriò: Ein Fürst wird vom Schlaff erweckt durch mancherley Wunderzeichen/ und so solche Mirackel täglich je mehr und mehr zunehmen werden/wird er von grossen Schreiken

cken entsetzt/ als einer aus dem Schlaff durch schnellen Grauen erweckt / aufzweischen / solchen Mirackeln zu begegnen / und von Gott und allen Heiligen erforschen/ was sie bedeuten / mit Erbietung gehorsam zu seyn in allem / das zu der Zier der himmlischen Majestät und Wohlfahrt der Menschen möchte zu thun von nöhten seyn. Id eveniet maximè si accesserit viri cuiusdam in aliis fide digni Authoritas, & si forte Pastor è suggestus de vitiis hominum accrescentibus , de temporum calamitatibus, & judiciis Dei metuendis verba faceret & diceret: Quid mirum , fenestras, parietes, saxa & terræ radices loqui , cum vivos non amplius Pastores audire & conversationem suam promovere velint homines ; mox audies Auditorum judicia : Der Pfarrer zielet auf die Schrift/ darum muß sie nichts gutes bedeuten; Cautè igitur talia persuasoria afferre debent Pastores, ne vel levis rumor, vel naturale quid, pro miraculo divino venditent; nec legitimam Dei causam prostituant & sese profanis, rebus prædictis non evenientibus, propinquent deridendos.

*Objectiones proponuntur.*

§. XXXI.

**S**i quis objiceret: An non in Sacris cum dicta extant

extant tum Exempla sat dilucide probantia, quod ut olim, sic & nunc, Deus per signa & prodigia homines de futuris monere velit? Annon legitimus Joelis 2. v. 19., quod Deus dare velit *signa in cælo & terra antequam* <sup>הנורא</sup> *יום han-norah dies tremens veniat?* Annon Christus ipse Luc. 21. v. 25. prædixit: quod *signa debeant fieri in cælo & terra*, quæ signa temporum attendenda sunt, quia Salvator dicit: *Attollite oculos?* Annon legitimus, quod Regi Belsazari per Scripturam quandam Mors fuerit prædicta, cum manus feralis in pariete scriberet: *Mene mene Tekel Upharsin* Dan. 5. v. 25.? Annon Christus ipse in pulvere scripsit & certis signaturis hostes dissipavit? Joh. 8. v. 8. 9. Annon Regi Achaz datum fuit signum. Jes. 7. v. 14.? Annon servus Abrahe petiit signum ad dignoscendam sponsam heri sui filio adducendam Gen. 24. v. 14.? Quid igitur obstat, quo minus adhuc hodie talia obtinere signa statuamus?

### *Objectiones solvuntur.*

Resp. Lubentes quidem damus & utraq; manu concedimus, quod Deus πλυμερῶς καὶ πλυτεόνως locutus fuerit Patribus, non solum per verbum, per visiones & ἅμνια, sed & per signa: Negamus tamen, quod post adventum filii sui, oeconomiâ Vet. Testamenti abrogatâ, & verbo DEI per ipsum Filium Dei & ejus Apostolos, miracu-

D

lis

lis sat comprobato, hodiernis temporibus maximè ad tantam Evangelii lucem signis & miraculis veritatem amplius confirmare, hominesq; a peccatis abducere, & ad pœnitentiam adducere velit, cum idem per verbum suum sat abunde agat. Dictum Joeli non intelligendum de extremo iudicio, sed de die tremendo interitus Reipublicæ Judaicæ, quæ signis & prodigiis expresse prædictis erat sepielienda; & quamvis non negamus signa temporum, quæ ultimum Christi adventum præcedere debent, ea tamen non sunt leves signaturæ, nec phœnomena in rebus naturalibus cœli & terræ apparentia, sed potius signa historica rerum, quæ ante extremum iudicium fieri debent, ut: prædicatio Evangelii per totum mundum: horrenda bella & persecutio fidelium: Apostasiæ & lapsus stellarum propheticarum & falsorum doctorum: Interitus Antichristi: conversio Judæorum & gentium universalis &c. quæ utiq; signa historico - prophetica sunt attendenda, & a sponsa Christi observanda, tanquam totidem advenientis sponsi prodromi. Regi Belsazari, manu ferali intricatam scripturam Chaldaicam parieti appingente, interitum denunciare volebat Deus, explicante scripturam Viro Prophetico; sed quod tale quid adhuc hodie facere velit Deus, nullum habemus dictum; a tempore igitur V.T. ad tempora N.T. non valet consequentia.

sequentia. Christus in pulvere scribens (forte illud ipsum, quod mox pronunciabat ore: *quicunq; vestrum innocens fuerit, primum projiciat lapidem,*) non signis, sed sententia scripta & ore prolata accusatoribus vitiatam conscientiam propriam excitabat, cuius morsu vieti discedebant ipsi forte totidem adulteri. Signum Ahazi erat vaticinium de conceptione immaculatae virginis. Signum Eliesaris non erat tentativum vel temerarium, sed præmissis precibus ab ipso Deo impetratum, tali tempore ubi miracula non erant insolita, & toti intererat Ecclesiæ: ut sponsam inveniret a Deo ipsi Isaaco destinatam, ad excitandum ipsi semen, in quo omnes gentes terræ erant benedicendæ.

*Objectio ab Experientia petita solvitur.*

§. XXXII.

**E**xperientiam testem rerumq; Magistrum si quis objiceret & exemplum adduceret Scripturæ Magni Hottingeri mortem prædicentis, cuius mentionem facit Heideggerus in vita Hottingeri, refertq;, quod octiduo antequam casus miserrimus contingebat, quo vir πολλῶν ἀντεῖαι ἄλλων & Philoglotton facile Princeps, aquis peribat, in quam prosilierat filiam liberaturus, in Cathedra publica, quam concenderat, laboribus suis Academicis Heidelbergensibus colophonem datus, tabulae pensili inscriptū legerit versum.

D 2

Carmi-

*Carmina jam moriens canit exequialia Cygnus.*

Annon exinde concludere liceret, hodie num adhuc DEUM instantes calamitates, mortem &c. Scripturis prædicere. Respondemus: Tantam quidem esse Heideggeri, cuius veneramur manes, tanquam Viri fide dignissimi, & circa Ecclesiam & Rempublicam Literariam optimè meriti, Authoritatem, ut de veritate hujus Scripturæ nullum sit dubium; verum enim eundem versum manu divina adpiatum, mortem viri docti prædixisse, nemo mihi persuadebit, ex rationibus supra dictis, quas allatum exemplum non evertit: facili enim negotio unus ex studiosis sive amicus fuerit, sive inimicus, hunc versum clandestina manu tabulæ adpingere potuit, cum instans Professoris discessus jam satis fuerit notus; nec est, quod quis eventum mortis subsecutæ objiciat: potuit enim scriptor ad discessum collimare, per quem civibus Academiæ emoriebatur.

*An quid mali subfit ad obvia signa emendare vitam.*

### §. XXXIII.

**E**Cquid tandem subest mali, si quis obvia signa gratiae grato amplectetur animo, & ad signa iræ suam emendaret vitam? Respondemus: Ex rebus naturalibus ansam lumere pias instituendi meditationes, non nisi bonum. Hoc sensu totus liber naturæ plenus est signorum & characterum, Dei Omnipotentiam, Clementiam, Sanctitatem, aliasque Virtutes designantium. Hinc Psaltes inquit: *Cæli enarrant Gloriam Dei, Pl. 19.* & sic nomen Dei gloriosum est

est per totam terram. Hoc sensu loquuntur Magnalia DEI  
 saxa, loquuntur plantæ & quidquid oculis in rerum natura  
 obvium est, piam attollit mentem ad meditanda divina, ad  
 excitandam pietatem, & evitanda sincerâ conversione ma-  
 la; at verò ex quibusvis levibus & naturalibus rebus signa  
 sibi fingere ex instituto divino hoc vel illud prædicentia,  
 superstitionem sapit Ethnicam; clementia divinæ derogat,  
 timorem filiale expellit & in servilem mutat, studium pre-  
 cum debilitat; Deum, Ens supremum & absolutum, fingit  
 a causis secundis vel dependens vel quoad decreta sua mu-  
 tabile; ministrorum Verbi Divini Scripturæque efficaciam  
 extenuat, animosque hominum reddit anxiōs sine funda-  
 mento: Præstat igitur dispersa superstitionis nube, fidem  
 suam non nisi solidis fundamentis superædificare; faciles  
 plebeculæ credulæ nugas generosa mente contemnere, in  
 Providentia Dei acquiescere, a peccatis indies & plusquam  
 ad signorum famam resipiscere, confidere Deo, quod mala  
 quævis ipse possit avertere, & si gloria nominis sui, Ecclesiæ  
 salus, hominumque status depravatus poenas mereatur,  
 quod tum pios ac fideles suos, quovis modo possit custodire,  
 & si ipsi publicis calamitatibus implicantur, quod tamen o-  
 mnia ipsis in bonū cooperari debeant. Hæc optima est Theo-  
 logia: hæc demum certissima rerum futurarum est divinatio.

*Odi profanum vulgus & arceo.*

Adficere lubet pias meditationes Poëtæ cuiusdam  
 Regiomontani, cum exhortatio ad pœnitentiam nun-  
 quam non sit utilis, salva tamen limitatione.

I.

**S**ichre Welt! wie drückest du /  
 Die Augen immer fester zu!  
 Und wilst aus deinen Werken /  
Wie

Wie lang der Höchst im Himmel sich/  
Erzörnet habe über dich/  
Verblendet noch nicht mercken!

2.

Du darfst nicht grübeln dies und das/  
Auf Rauten- oder Fenster-Glaß/  
Und suchen Wunder-Zeichen:  
Da Moses und Propheten dir/  
So wie die Sünden stellen für/  
Das Straß-Register reichen!

3.

Du gehst ohn alle Furcht daher/  
Als wenn kein Gott im Himmel wär/  
In flinchen / schweren / lügen /  
Entheilgest du vielfältig Ihn /  
Darben ist dieses dein Bemühn /  
Den Nächsten zu betrügen.

4.

Du sprichst aufs Wort der Priester Schaar/  
Gebent und harre hier und dar!  
Bleibst doch bey deinem Willen:  
Umb / was sie rufse / straff und bitt'  
Auf dem gottlosen Weg und Tritt  
Das Sünden-Maß zu füllen.

5.

Was Obrigkeit gebent und spricht /  
Geschieht aus Herzens Gottsfürcht nicht:  
Wie Kinder Bosheit treiben /

Was

Was des Gesindes Übermuth /  
Für Böses ihrer Herrschaft thut /  
Das ist nicht zu beschreiben.

6.

Wie Faust und Herz und Junge tödt  
Der Ruff davon gen Himmel geht /  
Ist schwerlich auszusagen:  
Wie sehr im Schwang' und wie gemein  
Auch andre schwere Sünden seyn /  
Muß seufzend man beklagen!

7.

Wie hoch es mit dem Kleider-Pracht /  
Am Ende dieser Welt gebracht /  
Auch bey geringem Stande:  
Subtil' und grobe Schinderey /  
Fast überall gestiegen sey /  
Sieht man auch hier im Lande!

8.

Dies ist ins Herz dir ins Gemüth /  
Wo Gott auch durch die Fenster sieht /  
Geschrieben und gerissen /  
O Mensch/ wo man dir rahten kan /  
So sang dies Augenblick doch an  
Zu gehn in dein Gewissen!

9.

Dir Preussen/ rufft Gott also zu:  
O trohe nicht auf deine Ruh /  
Worin ich dich bewahret:

Es

Es brennet deines Nächsten Wand:  
Sieh zu / ob meines Zornes Hand  
Dich nicht aufs letzte sparet.

10.

Dein Sünd-Geschrey ist auch vor mir:  
Zur Buße hab' ich gnädig dir /  
So lange Frist gegeben:  
Versäume meine Langmuht nicht /  
Sonst werd im Grim mein Angesicht  
Ich wider dich erheben!

II.

Leg' ab den Stolz- und Übermuth/  
Sonst sollt du meine scharffe Ruth /  
Wie du verdient empfinden !  
Und spüren was für Herzleyd  
Und Straffe dir mein Zorn bereit  
Für deine grosse Sünden!

12.

Bekehrst du dich vom Sünden-Stand!  
So wil ich dich wie einen Brandt  
Aus grossem Feuer reissen:  
So sollt du unter meiner Hand /  
Mir ein gesegnet liebes Land /  
Mein Eigen seyn und heißen !

A M E N.

os (o) os

8





R. H.  
Mf 219<sup>Q.</sup>  
S

vdb 18



# Farbkarte #13

B.I.G.

	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9

C. D.  
**BRUTA.**  
 SEU  
**O CURIOSA**  
 THEOLOGICA  
 MRA IN FENESTRIS  
 INSTIRBURGENSIS  
 NVENTA.  
 IN PRÆDIO PER-  
 OMITIS DE DFNHOF,  
 reperto cum Signatura  
 D. C. D.  
 MUNDUM MULIE-  
 CAPUT ORNANT  
 KHIBENTE.  
 ENT TO ELECTRI,  
 VIRI GRANDÆVI  
 RÆSENTANTE.

Quā  
 raturum Originem  
 inquiritur & vana  
 suntur Omina.

TIS SCIENTIARUM  
 Membro i.e. D. Möller, Thed. Reform.  
 no M. DCC IV.